


SPECVLVM DIVERSARVM IMAGINVM SPECVLATIVARVM,

à varijs viris doctis adinuentarum, atq; ab insignibus pictoribus ac sculptoribus delineatarum.



In quo vniuersum mundi, vitæ humanæ, et actionum cursum, artium, virtutum, vitiorum speciem, et aliarum rerum huc aliquatenus spectantium seriem, curiosus, eruditus et studiosus spectator, expressum, magna sua cum voluptate, inueniet.
Quas in vnum iam corpus redactas IOANNES GALLÆVS recenter in lucem emittit, et excudit ANTVERPIÆ.
Proxima pagella illarum ordinem et numerum exhibebit.

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO VIRO D. NICOLAO ROCKOX, EQVITI AVRATO, ANTVERPIÆ CONSVLARI, IOANNES GALLÆVS L.M.D.

IMAGINVM HOC SPECVLO COMPREHENSARVM ORDO ET NVMERVS.

CONTINET TABVLAS

CONTINET TABVLAS



Mille gubernata est bis annis amplius orbis
Naturæ ratione, cibis et sponte repertis,

TRIPLEX LEX.

Simplicitasq rudis, sceleratæ nescia fraudis,
Numinis æterni promissis institit usque.



Inde sacrosanctis sub legibus, orta salubris
Iustitia immaculata malis placidissima virgo,
Iuris, et æquarum sanctissima Regula Legum.
Æqua gerens, Rectam librans Dea pondere lancem.



Orta Deo summo postremò est Gratia, Christi
Sanguine, cui cælum domus est cui sydera parent,
Qui Lux succedens nocturnis alma tenebris,
Vna Patris Proles æterni, et victima mundo est.

3. Stück.

THEATRVM VITÆ HVMANÆ.

ÆNEIS TABVLIS PER IOĀ PHRYS. EXARATVM.

Ter binos deciesq́z nouem superexit in annos.
Justa senescentum quos implet vita virorum.


Apud Ioannem Gallæum
ANTVERPIÆ.
Anno 1638.



En genus humanū Deus et Natura creatrix,
Mollibus e cunis, grauidaq; parentis ab aluo,

I.
COMPOSITA.

Ducit ad ærumnas: hos mollibus educat umbris,
Illos fortunā iubet incusare potentem.



Post patiens operũ, paruoq; assueta iuuenta,
Cum subit, ingenias ętati parturit artes,

CORINTHIA
Z.

Prouenit unde animo rerum Prudentia maior,
Et quęcũq; sagax tentando repperit usus.



Hinc breuis et velox ætas, et plena laborũ,
Quę trinis constat ter, cũ trietęride lustris,

IONICA;
3.

Numinis excelsi constanter quęrere regnum,
quæ iubet, et sanctas reddi sub Pręside leges,



Exactisq; decem lustris, cū quattuor annis,
Sedulitate quidem, & magno quę repperit usu,

.DORICA.
.4.

Edocet in medium, linquitq; nepotibus ipsis,
Quę deceant animos iuuenum compescere cura.



Pòst ubi fata hominem fragili soluere senecta,
Atq; sua incipiunt incidere stamina Parcæ,

.TVSCANA.
.5.

Tum tripes, et magno incedens curuamine dorsi,
Grata Domus tetris tandem est habitare sepulchris.



Deniq; quicquid erit, quod vel diuinitus aut à
Natura, accepit mortale exordium, id omne

RVINA.
6.

Paulatim accrescit, paulatim labitur, atq;
Tempore commutat vitam cū morte feroci.

7. Stück.



1

Auroræ similis cùm sit primæua iuuentus,
Ætati meritò primę (quæ vindice nullo
Sponte sua, sine lege, fidem, Rectumq; colebat)
Par erit, esse dedit quibus ô! Natura beatos.

III.



Vt sol in medio splendescit corpore Mundi,
Ipse dies medius dum rerum contrahit vmbras:

2

Pectore sic iuuenis sese melioribus offert,
Et teneros firmat concepto robore neruos.



Turbidus vt vesper priuatur luminis aura, 3 *Sic miserum curis animū mordacibus angit,*
Cum piger aurato sensim procædit ab Oeta: *Et matura ætas, et circumspecta Senectus.*



Noctis ut in medio curas et corpora soluit
Prostratis terræ membris, vis languida Somni: 4 Sic Mors cuncta vorat, relegunt exordia lapsu
Sic Parcę, Sic Tempus edax, Sic cana Vetustas.



Cuncta ruent mundana semel, sunt subdita Christo
Cuncta Redemptori: grates persolue Tonanti

5

O mortalis homo, et dum Gratia dulcis abundat,
I, pete cum Christo cœlestis gaudia vitæ.

5. Stück.



M. de Vos inuent.

VISV PERVINCIT SVMMI IOVIS ALES ACVTO.

Ioannes Galleus excudit.



M. de Vos inuent.

CERVE FVGAX FACILIS VARIOS AVDIRE SONORES.

Ioannes Galleus excudit.

Z.



M. de Vos inuent.

ACER ODORATO SEQVITVR CANIS OMNIA NASO.

Ioannes Galleus excudit.

5.



M. de Vos inuent.

GANGETICO SAPIDO CELEBRATVR SIMIA GVSTV.

Ioannes Galleus excudit.

4.



M. de Vos inuent.

SCORPIVS IRATA TACTVS DAT VVLNERA CAVDA.

Ioannes Galleus excudit.

5. Stück.



GRAMMATICA OS TENERVM PVERI, BALBVM-QVE FIGVRAT,
SCIENTIARVM CETERARVM IANITRIX.



2\. RHETORICÆ GRATOS SERMONI ASTVTA COLORES,
QVO DVLCIVS FLVAT IS AD AVREIS, ADYCIT.



3\. VTI HOMINEM RATIONE DOCET DIALECTICA, QVARE
MERITO ARTIVM APICEM MAGNVS HANC PLATO VOCAT.



4. HAEC CONTEMPLANDIS NVMERIS ARS GAVDET, EORVM
OCCVLTA SOLLERS ERVENS MYSTERIA.



5. VESTIGARE GEOMETRIAE INTERVALLA LOCORVM EST,
QVAMQVE ALTA, LONGA, ET LATA RERVM CORPORA.



6. ASTRORUM VRANIÆ CURSUS, VARIOSQUE RECURSUS,
OCULIS NOTANS, FUTURA MENTE PRAEVIDET.



7. CONCENTVM INTER SE, ET DISCRIMINA GRATA SONORVM
AVRE ERVDITA DEPREHENDIT MVSICA.

7. Stück.



Magna Deûm genitrix, centum complexa nepotes,
Quę Themis est Graijs, Caribus Rhea, ęq; Italis Ops.

1

Foetas, parens nitidas fruges, Arbustaq; lęta
Multa modis multis effert in luminis auras.

Hugo Fauolius canib.

VI.



Dat grandæua Pales spumantia cymbria lacte
Atque pecus domino pingue cum vellere pleno.

2

Lanigerosq; greges, armentaq; torua teutur,
Herbidia lasciuo carpentia pabula morsu.



Telarum inuentrix operosa obseruat Arachne
Leuia versato ducentem Clostera fuso,

3

Stamina et aurato mutantem vellera luto,
Ternaq; arundineo quatientem licia dente.



LARVNDA.

Iupiter ut linguam ferus abstulit ense Larundę
Damnaratq; Orco, Nympham compressit euntem

4

Mercurius, uno partu quę enixa gemellos
Architectonicę nunc mater pręsidet arti.





5

Nereidum mater Doris pulcherrima primùm
Instituit celeres trabibus contexere naues,
Aequoraq; grata proscindere cerula classe,
Thesaurosq; Arabum, extremos patefecit et Indos.



Mauortis Bellonæ soror arma impia tractat, 6 Dum ferrum exercet vasto Vulcanus in antro,
Sanguineamq; manu quatit implacabilis hastam, Brontesq; Steropesq; et nudus. membra Pyracmon.





Dat Panacea potens ęgris mortalibus artem,
Quę queat ad caelum manes reuocare sepultos,

7

Quę queat et morbos, et acutos corde dolores
Auferre, et validas membris adhibere medelas.





Mecum honor, et laudes, et lęto Gloria vultu, 8 *Me cĩctus lauro deducit ad astra triumphus,*
Et decus, et niuẽs victoria concolor alis, *Casta mihi domus, et sacro stat colle Senatus.*

8. Stück.



i. Qui Lunam habent genituræ dominam, ob innatam illis humiditatem uitam fere in aquis degunt, nauticam exercentes, aut piscationibus operam dantes. Paralisi obnoxij sunt.


VII.



z. *Mercurius filios facit intelligentes, sagaces, æmulatores, beneficos, mathematicos, uoti compotes, coniectores, corpore graciles, pallentes, oculorum intuitu honestos, et potus temperantia mirabiles.*



·3· Venus inter ſalutaria ſydera numeratur; qui ſub ea nati fuerint, gratioſi erunt, et mulierum gratia celebres, genio indulgentes, laborabunt ſtomacho, et malis potionibus obnoxij erũt ·





4. Sol uita uiuentium, dat nato felicitatem in omnibus rebus, agilitatem in rebus agendis, alacres: et ſani ut plurimum, uitę huius curriculum citra morborum affectiones finientes.



5· Mars facit potentes, bellaces, uersutos, ualidos, stolide ferocitatis, insanos, indomitos, ob leuißimam caußam se periculis obijcientes, promptos, alacres, prodigos, iracundos, tirannos.



.6. Iouem qui dominum habent, iusti sunt, honesti, philalethes, amicitię, studiosi, in fratres, cognatos et pauperes pij, natura temperatissimi, erga omnes benigni.



7. *Saturnini ſunt inuidi, pigri, triſtes, auari, fraudulenti, eos ſequuntur morbi ex aqua intercute, quartana febris, carceres, mortes in aquis, uenena, ſuffocationes.*

7. Stück.



Qui choreas agitant, et dulcia furta capeßunt; Juppiter hos æquus fouet, ac Citheræa venusta, Hard Iun

VIII.



Armorum rabies, incendia, prælia, strages Luctiferum agnoscunt Martem, dominūq; cruentum.



Menſores terræ, vates Saturnus adoptat Falciger & quibus eſt ſanæ nulla vncia mentis.



Luna tuo in regno, nodoſa hic retia pandit Piſcibus, hic volucri pedicas, ille æquora ſulcat.

4. Stück.



1. Ioan. Galle excudit.

At Verum, et Veri uirtus de nomine dicta,
E Patris aetherei prodita Diua sinu,

FORTITVDO VERITATIS.

Lux orbi irradians, nullo violabilis aeuo,
Omnia sola regit: omnia sola potest.

IX.



Aspicis ut blando Puero comitata Dione
Rideat, illicibus lenè tuens oculis?

FORTITVDO
MVLIERIS.

Quisquis es, hinc oculos, animi si vulnera vitas,
Auerte. haec solo lumine cuncta domat.

2.



3. *Paret terra homini; parent vasta aequora ponti, Et liquidis quidquid sedibus aer alit.* FORTITVDO REGIS. *Hic tamen imperio unius se subijcit ultro Regis: et huic vitae ius finit esse suae.*



An Bromio quidquam iucundius? hic tamen omnes
Ecce tibi victos victor inermis agit.

FORTITVDO VINI.

Ille genus, formam, ſexum et ſimul omnia mutat:
Ille homini mentem ſurripit, ille hominem.

Victor giſelinus accinebat.

4.

4. Stück.



E Terra vt rerum primordia cuncta reſurgunt, Sic rurſum in terram mortua cuncta cadunt



Humiditate mea plantæ campique virescunt Piscibus et vitam munere reddo meo 2



Omnia ego foueo et vegeto quæ terra creauit Nil ſine me vitam ducere namque poteſt 3



Mortua cuncta iacent ſi non ſeruentur ab Igne Omnia viuificat namq; calore ſuo 4

4. Stück



FRONDE COMANS, NVDVS QVE GENV, PHARETRA QVE DECORVS,
PROCINCTV QVE AGILIS IVVENIS, NISO QVE SVPERBVS,

VERIS HIC EST HABITVS. FERVENT GENIVS QVE LABOR QVE.
LACTE FLVVNT MVLCTRÆ, VITEM QVE STATVMINA VALLANT.

Ioan. Galle excud.

HAD. IVN.



ÆSTAS

SPICEA SERTA GERENS ÆSTAS NVDA ASTAT, ADVLTI
ORA VIRI REFERENS, GRAVIDAS TENDENTIS ARISTAS.

FALCE CADVNT SEGETES, TONDENTVR GRAMINE CAMPI.
CORNIGER ATQVE ARIES LANÆ DEPONIT HONOREM.



AT TV PAMPINEIS REDIMITE AVTVMNE RACEMIS, QVAS NON FVNDIS OPES? FERS MVSTA, ET ROSCIDA POMA,
FOECVNDO QVE SVPER RERVM DITISSIME CORNV. SPEM QVE ANNI SVLCIS CEREALIA SEMINA MANDAS.



EFFŒTI MENTIRE SENIS SPECIEM ALGIDA BRUMA.
HISPIDA BARBA RIGET; PELLITUS TEMPORA CUDO,

CORPUS ABOLLA DUPLEX OPERIT, PLANTAS-QUE CALONES.
EXANGUES-QUE MANUS FOCULUS FOVET IGNE CORUSCUS.

4. Stück.



AVRORA.

Noctem Aurora fugat venientis nuncia Solis:
Atque almum roseo ore diem, lucemq; reducit.

Mortales vocat hinc opera ad consueta. latentes
Hic fallit pisces: canibus nemora ille fatigat:

Atque alia exercent alij. Quem stertere multam
In lucem iuuat, hunc pannosa sequetur egestas.

Tobias Verhaecht inuent. *Egbert. van Panderen sculpsit.* *Ioan. Galle excud.* 1.

XII.



MERIDIES.

Iam medium cæli Phœbus peruenit ad axem:
Vrit et altus agros. Quare æstum animalia in vmbra

Torrentem patula vitant: fessique labore
Messores, dapibusq;, et somno corpora curant.

Sic Natura parens dedit esse vicesq;, modumque
Constituit, stabilem seruent vt cuncta tenorem.



VESPERA.

Solis vt Aurora est, nigræ sic nuncia Noctis
Vespera. consueta hæc pecus ad præsepia cogit:

Agricolas quoque suspensis hortatur aratris,
Mortales pariter; Cereali vt munere vires

Defessas reparent: placidæ dent membra quieti:
Solamen grauium quam Dij statuere laborum.

3.



NOX.

Inducit terris densas Nox atra tenebras.
Ad mala sæpe faces licet hæc, ansamq; ministret

Audenti quodcunque scelus, quo cœca ruit mens:
Attamen ipsa suos et habet ludosque, Iocosque,

Commodaq; interdum. Sed, qui sapit, ille tenebras
Exosus; lucem, ne fortè offendat, amabit.

4. Stück.



ANNVS

Tortus vt in sese Serpens conuoluitur orbe,
Dum caudam immani mordicus ore tenet:

Haud secus in circum solaris voluitur Annus,
Exactisq; in se, Mensibus, vsque redit.

13. [illegible]





IANVARIVS.

Iani bifrontis primo nunc ordine mensi
Conueniunt epulæ, pocula, abolla, focus,

Lætiq; in scenâ quos exhibet his trio ludi:
Vrniger hibernas dum Puer edit aquas.



FEBRVARIVS.

Qui fuit extremus mensis Februarius olim,
Mutato veteri more, secundus adest.

Ante focum residens accenso pascitur igne,
Et Pisces taciti ne noceant metuit.



MARTIVS.

Quondam mensis erat velocis Martius anni
Primus, tertium habet nunc noua posteritas.

Collucat, putat: hortos stercorat, instruit herbis:
Incrementa simul Verq; Ariesq; ferunt.



APRILIS.

Aprilis Latijs ab aperto tempore dictus,
Miti & foecundæ qui proprius Veneri,

Dat gramen, flores; plantas & germina profert:
Vernatque in Tauri sidere cornigeri.



MAIVS.

Maius, quo veteres soliti sacra reddere Maiæ,
Cantu auium gaudet, fronde virente viget.

Aucupibus præbet, qua fallant tempora, prædam:
Ledâ progenitos sidus habet Geminos.



IVNIVS.

Iunius esse sacer Iunoni fertur: adunca
Herbas in pabulum, foenaq; falce secat.

Lanigerum tondet pecus, & lanam abluit vndis.
Ast operi intento Cancer aduste noces.



IVLIVS.

Iulius Oenotrij sortitus nomen Iulj,
Curua maturas falce metit segetes:
Colligit & religat Cereales mergite culmos:
Æstiferi cum Sol signa Leonis habet.



AVGVSTVS.

Sextilis modò fert Augusto à Cæsare nomen,
In metas semen qui Cereale struit,

Et largam confert operosus in horrea messem,
Spicea dum manibus munera Virgo gerit.



SEPTEMBER.

Septimus à Martis September menſe locatus,
Vaſa, cados, cuppas, doliaq; ampla parat:
Gratâ maturas aurâ vindemiat vuas,
Sole fruente aſtro, pendula Libra, tuo.



OCTOBER.

October cultae Cerealia ſemina terrae
Committit: glebas frangit, adæquat humum,
Lætior occato ſeges vt grandeſcat in agro.
Crebro at ſementi Scorpio dirus obeſt.



NOVEMBER.

Suppeditat suibus glandes alimenta Nouember,
Quercum qui solitus stringere verberibus.

Setigeri mense hoc hyemis pinguescite porci:
Glandibus Arcitenens nil nociturus erit.



DECEMBER.

Prouidus accurat porcum iugulare December,
Durat & æquoreo pinguia larda sale.
Instruit aruina dulci botulisque culinam
Dum brumale piger fers Capricorne gelu.



13. Stück.



ORNATISS. ET CLARISS. VIRO D.D. PHILIPPO VEVSELIO, REGI HISPAN. IN BRABANTIA A CONSILIIS ORDINARIO, HAS MVNDI VICISSITVDINES PHILIPP. GALLÆVS D.D.

1



Diuitijs oritur plerunque Superbia: *cum sit*
Fluxarum paucis cognitus vsus opum.



Stultitiæ vitio permiſta Superbia, *triſtem*
Commoda ob alterius procreat Inuidiam.



Inuidia, *alterius macrescens rebus opimis,*
Lites, dissidia, et Bella *cruenta parit.*



Bellum *hostile, rapax, ardens, miserabile, dirum,*
Exutam profert robore Pauperiem.



Duris Pauperies *ærumnis languida, gignit*
Demissum atq; humilem, *spe pereunte*, animum.



Demissusq; humilisq; animus Pacem *edit, et atras*
Inuidiæ extinguit dissidijque faces.



Pax *alma, ingenuas præſertim quæ fouet artes,*
Orbi ſuppeditat denique Diuitias.

B. Mück.



Auriga MVNDI TEMPVS alites equos
NOCTEM et DIEM indefessus in gyrum rapit.
FLAMMA, AVRA, TERRA, et AQVA sorores quattuor,
Totidem-que fratres ZEPHYRVS, AQVILO, EVRVS, NOTVS,
Quam mox leges, in rebus humanis creant
Vicissitudinariam uertiginem.

Ioan Galle excudit.

XV.



OPVLENTIAM, SVPERBIAE matrem, uides
Rheda uehi, quae nuncupatur GLORIA.
Auriga DOLVS equos RAPINAM & FRAVDEM agit.

VSVRA dextrum, PRODITIO, LIBIDO habent
Latus sinistrum. VANA LÆTITIA it comes:
Et omne VANARVM VOLVPTATVM genus.



SVPERBIA INVIDIAM vt peperit adultior,
Curru ſedet VANA uocato GLORIA
Equos regit CONTEMPTVS: horum nomina

Sunt, PERTINACIA, atque CVRIOSITAS.
Currum Sorores ternæ, INOBEDIENTIA,
Sequiuntur, & IACTANTIA, & DERISIO.



INVIDIA, BELLI mater, occupat rhedam
INIQVITATEM: auriga equos LIVOR regit
DETRACTIONEM hunc, alterum CALVMNIAM,

Infaustiorum infausta rerum nomina
Ponè INQVIETAS, atque PERTVRBATIO
Sequuntur, accedente MALEVOLENTIA.



BELLVM minas intentat insidens rhedae
VINDICTAE. equit, hic PERDITIO, & ille VASTITAS
Acri FVRORIS incitantur mastige.

Comites FAMES, BLASPHEMIA, & RIXA aduolant;
Trucique uultu, & uoce captiuos agens
Spoliis onusta bellicis CRVDELITAS.

Ioan. Gallæ excudit.



Auriga TORPOR uehiculo INDIGENTIA
TAPINOPHROSYNES matrem INOPIAM aegrè trahens
Vix tandem equos, hunc DEBILEM illum AEGRVM incitat.

Lugent sequentes, subiugata SERVITVS,
Et, seu velit, seu non velit PATIENTIA, &
Pudibunda FRAGILITATIS HVMANAE agnitrix.



7

TAPINOPHROSYNE curru TOLERANTIAE
Imposita uehitur, PACE filia ad pedes
Sedente: equosque agente MANSVETVDINEM,

MODESTIAMque prouido auriga, METV.
Currum sequuntur SPES,& alma CARITAS,
Et initium beatitudinis FIDES.



PAX uecta curru VNANIMITATE tandem adest
Delapsa caelo, mater alma OPVLENTIAE,
Auriga, AMOR, CONCORDIA, VTILITAS, equi.

Comites, suum IVSTITIA tribuens cuilibet,
Et VERITAS & gnaua DILIGENTIA;
Et omnium artium parens INDVSTRIA



Sic ergo erit uidere, ſeſe mutuò
OPVLENTIAM, SVPERBIAM, INVIDIAE luem.
BELLVM, INOPIAM, TAPINOPHROSYNEN, atque opum

PACEM parentem uelut in orbem conſequi,
Supremus orbi donec íngruat dies:
Cùm patre natus de Deo idem homo et Deus

Feret ultimam aequus arbiter ſententiam,
Rebuſque finem ponet, et regnum patri
Reſtituet, antè á patre creditum ſibi.

VT VNVS OMNIA IN OMNIBVS FIAT DEVS.

9. Stück.



1 *Postquam regna senex Cæli Saturnus haberet,*
Omne malum tenebris alta tegebat humus.

Et secura nouo florebant gaudia mundo,
Paxq; coronatis vecta regebat equis.

Non clypeus, non ensis erat, sine vomere tellus
Obuia fœcundos pandit amica sinus.

XVI.



2. *Aſt vbi Saturnus tenebroſa in Tartara miſsus,*
Totus et inuicto ſub Ioue mundus erat,

Lubrica tum vicibus ſuccedunt tempora certis:
Et gemit attrito vomere durus ager.

Condita mortales ſcrutantur viſcera terræ;
Rimantes varias cæca per antra domos.



3.

Tertia succedit Soboles cui nomen ab ære,
Tempora quæ secum deteriora tulit.

Hic vagus horrisono credens se nauita Ponto:
Mercibus intactam pauperat Arabiam.

Signat humum trepidus sublongo limite mensor,
Sanguineusq; vrget pectora Martis amor.



4

Ferrea Progenies duris caput extulit antris,
Inuehit hæc mundo protinus omne nefas.

Horrida per cunctas errant incendia terras,
Et ferus admissis Mars agitatur equis.

Victa iacet Pietas, Virtus, Rectique decorum,
Mox subeunt Fraudes, Vis, Scelus, Ardor opum.

Laur. Beyerlinck c.

4. Druck.



EFFVSI RAPIVNT PHARETRATE CVPIDO IVGALES
TE DOMINVM, IDALIÆ MATRIS DELVBRA PETENTEM.

DVM FVRIS, ET DIVIS ALTRINSECVS ORE PROCACE
INGRVIS, AC FVNDIS TEMVLENTO SPICVLA CORNV.

XVII.



ECCE PVDICITIÆ QVO SE DECVS EFFERAT ORE, TEMPLA PETAT, CASTOS ARIS VT PONAT HONORES;
POSTQVE TRIVMPHATOS FRACTOSQVE CVPIDINIS ARCVS SIGNAQVE GREX COMITV̄ TENDAT VICTRICIA PALMAS.



FERREA, CRVDA, RAPAX, ET INELVCTABILIS, VNCA
FALCE METO, ET VICTRIX QVÆCVNQVE MIHI OBVIA STERNO.

PONTIFICES, REGVM SCEPTRA, ET SINE NOMINE VVLGVS
DISSIPO, PROCVLCO TAVRIS INVECTA PROTERVIS.



PRÆPETIBVS PENNIS CAPVT INTER NVBILA CONDIT.
FAMA LOQVAX, ACRIQVE TVBA LATE OMNIA COMPLET.

MARMARICA IMMANI QVAM CORPORE BELLVA DVCIT:
HAC VIVVNT VATES, ATQVE INCLITA CORPORA BELLO.



SVM TEMPVS VOLVCRE, AC RERVM IRREPARABILIS ORDO.
ALIPEDES DVCVNT CERVI: FVGITIVAQVE STIPANT
GENS HORÆ: CONSVMO ANNOS, ET DETEROR ILLIS:
OMNIA PESSVNDO, ET VESTIGIA NVLLA RELINQVO.



PRÆTERVNT CVNCTA ET FVGIVNT LABENTIBVS ANNIS:
CHRISTVS AT ÆTERNVM DVCIT SOLIDVMQVE TRIVMPHVM,
INVIDA QVEM NON VLLA POTEST ABOLERE VETVSTAS,
INDIGETVM CASTA SEPTVS SINE FINE CORONA.

G. Kück.



ARCTA PARAT LOCVPLES PERRVMPERE LIMINA FRVSTRA; VVLGVS ET ADVERSA NATVRÆ LEGE CAMELVM
OBSTAT ENIM FVLVI VESANA CVPIDO METALLI. IMMANEM VRGET ACVS EXILE SVBIRE FORAMEN.

XVIII.



SORS CÆCA, ASSIDVVS LABOR, ATQVE INDVSTRIA SOLLERS,
DIVITIAS CVMVLANT, GENII ET FRAVDATIO CERTA.

DIVERSAQVE VIA PARIVNT HAS CALLIDVS ASTVS;
IMPROBA VIS, FVRTVM, MENDACIA NIGRA, RAPINÆ.





LVCVLLI EFFVSVS LVXVS, PYTHY AVREA VITIS,
SANGVINE CIVILI SYLLÆ EBRIIA DEXTERA, FINI
ATTESTANTVR OPVM, ET LYDI PATRIMONIA CRŒSI,
AVRICVLÆ QVE MIDÆ PHRYGII, ET SITIS ARIDA CRASSI.



TE BIIVGI INVECTAM CVRRV, EXITIALE PERICLVM,
SOLLICITVSQVE PAVOR, REGINA PECVNIA DVCVNT.

AT QVIA STVLTITIAM, FVRTVM, CÆDESQVE CRVENTAS
VELAS, CVNCTORVM HINC IN TE SPES FIRMA RECVMBIT.



HANC POPVLARIS HONOS, FVMIQVE EVANIDVS INSTAR
ET TVMIDVS SPLENDOR SEQVITVR, LIVOR QVE MALIGNVS.
CŒNIPETÆ HAVD ABSVNT VANI, NEC PALPO DISERTVS,
QVÆ QVE BREVI TITILLATV FAMA AFFICIT AVRES.



SED TERRIS DEBENTVR OPES, QVAS LINQVERE FATI
LEX IMMOTA IVBET: FISVM HIS MORS TOLLIT ACERBA:

ILLECEBRÆ HANC, NEC HONOR, NEC SÆVA POTENTIA PLACAT.
SICQVE PECVNIPETAS ORCI MANET AVLA RAPACIS.

G. Stück.



Ales vt à primis producit in æra nidis
Iam iam plumantes certo modulamine fœtus,
Hortaturque sequi, breuibusque insurgere pennis;

Sic genus humanum rerum Natura nouatrix
Mollibus è cunis, grauidaq; parentis ab aluo,
Ducit ad ærumnas, et duros cauta labores.



Numinis ipsa Metu Solertia pulchra Labori
Iungitur, ingenuas fœcundaq; parturit artes;

Prouenit unde animi rerum Prudentia solers,
Et quæcunque sagax tentando repperit Vsus.



Spes animosa trahit, iubet intemerata Laborem
Simplicitate Fides, ante omnia quærere regnum

Numinis excelsi, et rectam quæ pondere lancem
Librat Iustitiam, leges atque otia dantem.



Fortis vt exercet durum Solertia corpus,
Iam validos gelido manante fluore per artus,
Corporis accumulat victum Labor improbus, atque
Et victu, et Dominus supremus honestat amictu.



Languorem ſtomacho Labor aufert durus, Orexim
Excitat, et gratos ad condimenta ſapores,

Ipſaq́ Sobrietas genitrix operoſa Salutis,
Et melius paruo viuit Moderatio ſumptu.



Unit at Inuidiæ Charitas inimica Laborem
Unigenæ Christo, quem tandem, Morte perempta,

Dæmoneque et Mundo, tranquilla pace fruisci
Dat Deus, atque animam secum super æthera ducit.

6. Stück.



Sic Nostri, & Vestri flagrante cupidine ducti:
Diuûm amor, atq; Fauor, Concordia, Paxq; petuntur.

Myn, en Dyn, verdryuen door onmatich begeren,
Die zoete Liefde, Eendracht, Vred, en Vrees des Heeren.

Nemo quod suum est quęrat, sed quod alterius. 1. Cor. 10. Omnes quæ sua sunt quęrunt. Phil. 2.
Et quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Matt. 24.



2 Inuida Fraus, turpis Fallacia, Scriptor aberrans,
Impellunt tetricas Mercatori vndiq; lites.

Door t'ſcalke bedroch, door valſcheit argeliſtich,
Ooc door ſchryuers bot wert de Coopman meeſt twiſtich.

Abominatio eſt apud Dñm pondus et pondus, ſtatera doloſa non eſt bona. Pro. 20.
Omnia ergo quæcunq; vultis vt faciant vobis homines: et vos facite illis. Matt. 7.



3 Auri cæca fames, Sua mens, Extrema voluntas,
Et Nostrum, & Vestrum, Lites sine fine venenant.

Waenrecht hartneckich, duister testament, myn en dyn
Met begeerte blint, halen t'Proces, eendrachts venyn.

Vnde bella et lites in vobis? nonne hinc? ex concupiscentijs vestris quę militant in membris vestris. Iac. 4
Desideria multa inutilia, et nociua, quę mergunt homines in interitum et perditionem. 1. Tim. 6.



4 Huic tria conueniunt: Patientia, Nulla pudoris
Cura, & Opes, mestæ quem torquent crimine Lites.

Hy behoeft dry sacken die met proces is gequelt,
Een vol onschamelheit, een vol gedult, een vol gelt.


Non contendas cum viro locuplete, ne forte contra te constituat litem tibi. Eccles. 8.
Honor est hoi qui separat se a contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumelijs. Pro. 20.



5. Omnia diripiunt veſanæ commoda Lites,
Queis Mens, Tempus edax, Funduſq; Lareſq; teruntur.

Huys en hof verſlint het Proces onuerſadelijck,
Met geſindts, tyds, en der zielen verſuym ſcadelijck.

Non litigas cum homine potente, ne fortè incidas in manus illius. Eccleſ. 8.
Quod ſi inuicem mordetis et commeditis: videte ne ab inuicem conſummamini. Gal. 5.



6 Hunc iucunda Quies, hunc Anxia cura morantur,
Et pellunt placidum fesso de corpore Somnum.

Onrust des herten craeyt wacker den pleyter verstyst,
Door ancxtige sorge, die den zoeten slaep verdryft.

Cuncti dies eius doloribus et ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. Eccles. 2.
Est homo qui diebus ac noctibus somnum non capit oculis. Ecclesiastes. 8.



7 Ecce per oppoſitas: Bona cauſa; impellitur haſtas,
Nec metuit Iuſtos. Sic cædit viribus æquum.

Goede ſaec moet dic na zeech door de ſpieſen danſſen,
Voor goey rechters iſt goet, anders, iſt momme canſſen.

Accipere perſonam impij in iudicio, non eſt bonum, vt declines a veritate iudicij. Pro. 18.
Iaculum, et gladius, et ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximū ſuū falſum teſtimonium. Pro. 25.



8 Sed quod Litis amans statuit sibi Marte trophæum?
Hunc fera Pauperies, et Mens malè conscia condunt.

Wat wint donwyse pleiter met syn moeilick drauen?
Dat hem quaey conscientie en armoey begrauen.

Mortuo homine impio nulla erit vltra spes, et solicitorum expectatio peribit. Pro. 11.
Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur; et erunt vsq; ad satietatē. Isa. 66.

S. Rück.



Arte laborato cultu decorata superbit
Foeda caro; foedis que uermibus esca iacebit:
Nûda manet mens nata Deo. uah turpis egestas
Quam laudum uesâna iubet tolerâre cupido.

La chair vile on orne et decore, Et l'ame helas! est sans habit
Vaine gloire on ayme encore » Plus que vertu one on ne fit.
T'snoode lijf ciertmen zeer " D'edel zyel laetmen naect,
Meer zoectmen ydel eer " Dan duecht die zalich maect.



Carni deliciæ mensequæ ante ôra paratæ,
Et uariæ genus omne dapis solamina prebent.
Faucibus ast animum siccis malesuâda fatigat
Ventrem sitis, et miseranda fames, dux prima malorum.

L'Epicure en grasse cuisine » Son asne traite mollement,
Laissant la poure. ame en famine Ronger vn os pitrusement.
Met vuellust smeeken tuleesch » Epicuri iongeren
Dezel crycht meer dan eesch » D'arme zyel moet hongeren.



Dum miseræ fugitiua capit solámina uitæ
Corpus: lætifero pauidam male conscia mentem
Culpa dolore premens crudeli uerbere terret:
Ac placidam tristi turbat merore quietem.

Quand nostre asne a tout son plaisir, Tant qu'il en braue, balle et danse.
L'ame est chassée en desplaisir " Par la mauuaise Conscience.
Als tvleesch na behagen " Hooveert met genoegen
Wert dye zyel geslagen Doort zondelyc Wroegen.



Si caro pallentis sentit fera spicula morbi:
Mox ut opem properata ferat medicina paratur.
Ast animi raros tangit pia cura medendi
Peste laborantis, metuendaque fata timentis.

Si le Corps chet en maladie " On quiert docteurs en tout deuoir,
Mais si l'ame icy se desvie, Bien peu on tasche d'y pourvoir
Wert het lyf ziec, terstont " Moet de doctor daer Wesen
Is dye zyel ongesont " Wie zoect zo haer genesen.

z. Mück.

IVDITII POPVLARIS VANITAS ET STOLIDITAS.

Omnibvs havd possit cvm Ivppiter ipse placere;
Non eqvidem mirvm, Senis et Pveri acta loqvaci
Morosvs varie si rideat ore popellvs.
Vnvs qvod probat, hoc alivs reprobare laborat.

En sereinant le ciel, ou en mouuant tempeste,
Iuppin mesmes ne peult complaire a chasque teste;
Pens' tu doncq que le Vieil et le Ieune pourront
Donner contentement a tous de ce quilz font?

Dat t'neuswys volcksken hem verscheydentlyck onderwint
Des Oude-mans en des Jonghens saecken,
Het is geen wonder, want sy zyn soo oneens gesint,
Dat d'een pryst, d'welck men d'ander siet laecken.

Ioannes Gallæus
edebat.



O. VERE INSANVM STOLIDVMQVE SENEM, CVI CVM SIT
NEC TARDI RATIO SENII, NEC CVRA SALVTIS,
TERGO ASINI PVERVM FERRI VALIDVM SINIT, IPSE
PONÈ SEQVENS PEDIBVS FIGIT VESTIGIA LENTIS.

Le ieune fort, diſpos, des membres bien formé
Treſcontent a ſon aiſe cheuauche le baudé,
Et laiſſe le vieillart, ſans respecter ſon aage,
Trotter court a beau pied en lacquais et en page.

Hoe dwaes is den Ouden man, dat hy ſtelt beſyden
Syn eyghen weluaert! t'is groot onreden.
Hy laet den ſtercken Iongen op den Eſel ryden,
En volght ſelfs te voet met traeghe leden.

2



ECCE PEDES VADIT PVER, ATQVE INFIRMA TENELLVS
LONGVM ITER INGREDIENS SVA MEMBRA LABORE FATIGAT:

Le vieil paſſe les bois, et les haultes montaignes,
Les plaines et les prez, les fleuues et champagnes,
Crauantant le baudet, et quant et quant auſſy
Le ieune compagnon, dont il na nul ſoucy.

INTEREAQVE SENEX ASINI DORSVM OCCVPAT, ET NIL,
DVM SEGNIS VEHITVR, PVERI MISERETVR EVNTIS.

Siet hoe den ermen teeren Iongen gaet te voet,
Soo dat hem ſyn herte van moetheydt ſchier begeeft.
Den Ouden rydende, hem groot ghemack aendoet,
En gantſch gheen deerniſſe met den Iongen en heeft.



QVANTA SENEM PVERVMQVE SIMVL DEMENTIA CEPIT!
FASCE OMNI VACVVM COMITATVR VTERQVE PEDESTER
DEFESSVSQVE ASINVM, CVIVS CONSCENDERE TERGVM
NEVTER, GESTARI QVO POSSIT, VELLE VIDETVR.

Mais quel radotement, ou quelle frenesie
Lé cerueau du vieillart et du ieune manie,
Quilz aiment mieux a pied crauanter d'aller,
Que non pas a leur aise le groz baudet monter?

Wat dwaesheyt is den Ouden en den Iongen ouerkomen,
Dat sy te voet loopen onder hen beyden?
En hebben den Esel alle synen last afgenomen,
Om selfs niet vermoedtheyt hem te gheleyden.

4



AH PANDI NIMIO TANDEM RVMPENTVR ASELLI
PONDERE MEMBRA. SENEXQ; PVERQ; AMBO SIMVL VNI
INSIDEANT? QVÆNAM HÆC VESANIA? CVR NON
VNVS EAT PEDIBVS, SOLVS GESTETVR VT ALTER?

O cas par trop estrange, o chose pitoyable!
Qui vist oncques paresse, ou cruaulté semblable?
Le ieune et le vieillart comme deux insensez
En si petite beste parensemble montez.

Dat den Ouden en den Iongen beyde t'samen
Op den Esel sitten, is sottelijck ghedaen:
Want hy sal bersten, willen sy hem soo praemen,
Soude d'een ryden, soo moest d'ander te voet gaen.

5



DELIRARE SENEM, PVERVM INSANIRE, NEGABIT
NEMO; RIDICVLAM CVM REM DESIGNET VTERQVE.

Qui eſt ce qui ſe peult de rire contenir
Voyant ces deux grandz folz, au lieu de ſen ſenir
De l'asne, ſur leur doz meſmement le porter,
Et ſe tant d'icelluy que du chemin creuer?

NAMQVE ASINVM MAGNO PARITER CONAMINE PORTANT,
QVOS ASINVS DORSO FORTIS PORTARE VALERET.

Den Ouden en den Iongen zyn dwaes van gedachten,
Want wie ſach oydt ſotter ſtuck binnen ſyne daegen?
Den Esel draegen sy beyde met voller krachten,
Die ſelfs ghemackelyck hen ſoude konnen draegen:

6

G. Brink.




ARDVA PIRAMIDVM PHARY, MIRACVLA, REGES, STRVXERE, ET RAPIDI DOCVERE HYPERIONIS IGNES
SVRGENTES, GRADIBVS MOLES, MONVMENTA SEPVLTIS, VICINOS FERRE, AD MAGNÆ CONFINIA MEMPHIS. 1



CVRSIBVS EXTRVXTI RATIVM PTOLEMÆE REGVNDIS
NOCTVRNIS PHARON, VT QVVM NOX TENEBROSA SILERET,
CLARA, VICEM IN PHÆBES, VOMERENT FVNALIA LVCEM,
INFIDA, VT NILI, SIC TVTIUS ORA SVBIRENT.

2.



ELIS OLYMPIADVM MATER, QVÆ SIGNAT ACHIVVM PHIDIACVM QVE IOVEM, OSTENTAT NIVEO EX ELEPHANTO,
NOBILIBVS FASTOS LVDIS, MIRACVLA CLAVDIT: QVALIS CÆSARIE AC NVTV CONCVSSIT OLYMPVM.



SEPTINOS DECIES CVBITOS ÆQVARE COLOSSVS
DICTVS, PAR TVRRI MOLE SVB NOMINE SOLIS
ÆRE CAVO FACTVS, SAXORVM VASTA CAVERNA
INTVS, APVD RHODIOS SACROS ACCEPIT HONORES.



STRVXIT AMAZONIA HANC EPHESVS TIBI DELIA SACRAM
ÆDEM, LVXVRIOSÆ INGENS ASIÆ ORNAMENTVM.
FVNDAMENTA PALVS TENVIT, CARBONIBVS ANTE
FARTA, VTI TELLVRIS STARENT IMMOTA FRAGORE. 5.



MAVSOLI, A BVSTO CALIDOS HAVRIRE MARITI EXEMPLO POSVIT TVMVLVM, SPIRANTIA CVIVS
DEPOSCENS CONIVNX CINERES, PIETATIS ADVLTÆ ARTIFICES SVMMI CÆLARVNT MARMORE SIGNA.



IMPERIOSA SVI SECTA CERVICE, MARITI,
IVSSIT COCTILIBVS BABYLONA SEMIRAMIS ALTAM


MŒNIBVS INCINGI, LENTOQVE BITVMINE: PORTAS
ADIECIT CENTVM, ET SVPER HIS SIBI NOBILE BVSTVM.

7.



ADIICIT HIS VATES, CVIVS SE BILBILIS ORTV
IACTAT, CÆSAREI SACRVM DECVS AMPHITHEATRI:
QVÆ MVNDI SPECIEM MOLES MENTITA GLOBOSAM,
ACCEPIT CAVA POPVLOS, LVDOSQVE PARAVIT.

O. Stück.



1 *Americe.* 2 *Lapis polaris.* 3 *Ignibus*
Amata pulvis. 4 *Imprimi volumina.*
5 *Rotisq; iugis indita hora ferreis.*

6 *Hyacum.* 7 *Ab igne stilla.* 8 *Fila serica.*
9 *Staphæq; prisco operta cuncta sæculo.*

ALOYSIO ALAMANNIO FLOR.NO
I. STRAD. INVENT. DD.

20. Nick.

XXIV.



1.

AMERICA.

Americen Americus retexit, & Semel vocauit inde semper excitam.



2.

LAPIS POLARIS, MAGNES.

Lapis reclusit iste Flauio abditum Poli suum hunc amorem, at ipse nauitæ.



3.

PVLVIS PYRIVS.

Manu quati tonitrua atq; fulmina Datum videtur inferis ab inuidis.



4. IMPRESSIO LIBRORVM.

Poteſt vt vna vox capi aure plurima: Linunt ita vna ſcripta mille paginas.



5.

HOROLOGIA FERREA.

Rota æqua ferrea ætherisq; voluitur, Recludit æquè et hæc et illa tempora.



6.

HYACVM, ET LVES VENEREA.


Grauata morbo ab hocce membra mollia Leuabit ista sorpta coctio arboris.



7.

DISTILLATIO.

In igne ſuccus omnium, arte, corporum Vigens fit vnda, limpida et potiſsima.



Ioan. Stradanus inuent. Ioan. Galle excud.

8. SER, SIVE SERICVS VERMIS.


Iustinianus oua vermis accipit Serinda ab vrbe, fila qui net aurea.



9.

STAPHÆ, SIVE STAPEDES.

Pedes, humi vt, ſtetere equo, inſidentium Cito leuati, vt ipsa ſcala ſubleuat.



10.

MOLA AQVARIA.

Aquarias quiſquis molas antiquitus Putat repertas, tota aberrat is via.



11.

MOLA ALATA.

Alata quæ ventis agi nunc vult mola Ignota Romanis fuisse dicitur.



12.

OLEVM OLIVARVM.

Decußæ oliuæ adhuc acerbæ, ex arbore, Preßæq; pinguis dant oliui copiam.



13.

SACCHARVM.

Qua Saccharum paretur arte, plurimis Pictura, quam vides, docebit te modis.



14. COLOR OLIVI.

Colorem olivi commodum pictoribus, Inuenit insignis magister Eyckius.



15.


CONSPICILLA.

Inuenta conſpicilla ſunt, quæ luminum Obscuriores detegunt caligines.



16. ORBIS LONGITVDINES REPERTÆ E MAGNETIS À POLO DECLINATIONE.

Magnete paulum vtrinque ſæpe deuia Dat inuenire portum vbique Plancius.



17.

POLITVRA ARMORVM.


Enses, bipennes, arma Bellonæ omnia, Nostro, haud vetusto, sunt polita tempore.



18.

ASTROLABIVM.

Americus Veſpuccius, cum quattuor Stellis crucem ſilente nocte repperit.



19.

SCVLPTVRA IN ÆS.

Sculptor noua arte, bracteata in lamina Sculpit figuras, atque prælis imprimit.

20. Stück.


AMERICAE RETECTIO.
AMERICVS VESPVCCIVS FLORENTINVS.
CHRISTOPHORVS COLVMBVS GENVENSIS.
FLORA
IANVS
EVROPA
AFRICA
AME-RICA
Liuorno
Pisa
Maßa
P. Vener
Spetia
P. Fin
Genoa
Cogoreto
Albizola
Savona
Fiorenza
Ioannes Stradan. inven.
Adrianus Collaert scalp.
Ioan. Galle excudit.
QVIS POTIS EST DIGNVM POLLENTI PECTORE CARMEN
CONDERE PRO RERVM MAIESTATE, HISQVE REPERTIS?
LVDOVICO, et ALOYZIO
Alma̅nijs fratrib. nobil. Flor.
Joannes Stradā. inven. D.D.
I

No XV



CHRISTOPHORVS COLVMBVS LIGVR *terroribus Oceani superatis alterius pene Orbis regiones à se inventas Hispanis regibus addixit. An. salutis* ∞.VIIID. 2



AMERICVS VESPVCCIVS FLORENTINVS *portentosa navigatione ad Occasum atque ad Austrum duas Orbis terrarum partes, nostris oris quas incolimus maiores, et nullis antea nobis notas sæculis, aperuit: quarum alteram de suo nomine* AMERICAM *mortalium consensus nominavit. An. sal.* ∞. IIID. 3



FERDINANDES MAGALANES LVSITANVS *anfractuoso euripo ſuperato,* ~ *telluri ad Auſtrum nomen dedit, eiuſque navis omnium prima atque noviſsima Solis curſum in terris æmulata, terræ totius globum circumiit. An. Sal.* ∞.D.XXII.

4

4. Stück.



Dæ CONSTANTIÆ ALAMANNIÆ *Nobiliss^æ Florentinæ, ex viro suo Illmo* RAPHAELE MEDICEO *Florentino,*
Hetruriæ pedestris militiæ Rectore, liberorum XVI. *simul viuorum pudicissimæ matri,*
IOANNES STRADANVS *inuentor* DD.

1.

XXVI.



2. *Monachi duo Iustiniano Principi Semen dedêre, vermis vnde sericus.*



3. *Aſperſa vino terſaq; oua vermium Papillulis ſolent fouere virgines.*



4.

Exclusus ouo rite vermis, ocyus Texit suam moro insidens telam arbori.



5. *Tum fronde, ramo, fascibusq; conditus, Se voluit, et pilæ in modum se contrahit.*



6.

Hinc vermium permulta sæpe millia Simul legunt, parantq; telas feminæ.

G. Mück.



Ius gladij Regi tribuit, populo'que laborem, Pontificiq; preces, munia vt æqua, Deus.

Ioan. Galle excudit.

XXVII.



Pontificum est, iustis auertere numinis iram Supplicijs, votis rite litare Deo.



Rex facit officium, sontes quum punit, abercet Hostes, ius dicit, protegit innocuos.



Plebs aret, ædificet, fodiat, metat, otia vitet, Nec Regum aut Cleri munia solicitet.

4. Stück.


DVCES SVB TRIPLISI LEGE SELECTISSIMI.
M Hæmskerck Inuent.
Ioannes Galle excudit.
1. HECTOR TROIANVS. ALEXANDER MACEDO. IVLIVS CAESAR.
Inter ethnicos hi tres nobilitatis palmam ferunt.

XXVIII.





2. IOSVE DVX · DAVID REX · IVDAS MACHABÆVS ·

Judeorum hi tres fortißimi fuerunt ·



3. ARTVRVS REX. CAROLVS MAGNVS. GODEFRIDVS BVLONIVS.

Christianorum regum præstantißimi habentur.

3. Stück.



Ac velut angustas rosa candida pullulat inter
Spinas, nec premitur: florent & lilia Vere:
Sic iam magnifico vehitur PATIENTIA curru,

Cui FORTVNA potens, fractis concessit honorem
Viribus, & vinclis sequitur constricta, pudore:
Hunc SPES alma trahit; volucri STVDIO comitata.



Sustinet impositum veluti virtute CAMELVS
Pondus, onusq; sibi, mitem facilemq; oneranti
Se præbet, nec non flectit sua terga retorta:

Vnica sic ISAC soboles fide patris ABRAMI
Dictis audit, obediuit, capitisq; pericla
pectore non dubio manifesta subire paratus.



Impia facta fratrum, macra Inuidia ista figurans,
Vicit IOSEPHVS fidei virtute, & amorem
Illicitum ZEPHIRACH candore animi superauit:

Illius omnipotens DEVS almam virginitatem
Seruauit sibi in incensum, pinguis bouis instar,
Tristia fata Chanam patriæ quo exhauriat olim.



DAVID magnanimus fortem virtute Leonem
Vicit, & infandum Goliath, vicitq; ferocem
Vrsum: sed regem Saulem ambitione tumentē,
Risoresq; suos tulit, & fræno rationis
Vicit, nec voluit sceleratas sumere pœnas:
Verum hæcquis dubitat diuino numine facta?



Omnibus amissis, post mille pericula, rebus:
Post tot difficiles casus, varios cruciatus,
IOB quibus infesto tentatus Dæmone, amicis,

Coniuge fallaci, passus tamen est fide cuncta
Constanter, firmusq; nimis testudinis instar,
Mansit, quam poterit tectam cōfringere nemo.



Quanta seni TOBIÆ fuerit patientia, quanta
Asperiras vitæ tam longo tempore, rebus
Amissis, oculisq;, docent veteris monumenta
Scripturæ, sed iniquo animo haud tulit, immo
Cernere quem mundi nescit Sapientia, cæcus
Ipse fide agnouit, soli cui fidit in æuum.



En pietate virum insignem, virtute decorum,
Clementē Stephanū, placidūq;, hilarēq;, benigmū,
Munificum suprà quàm dici possit in omneis:

Nam moriturus constanter precibus, sceleratis
Pro hostibus, orabat Dominum vultuq; sereno,
Vno in quo fixit sibi Spem, metamq; salutis.



Vnica Cunctipotens hominum Spes, veraq; vita
CHRISTVS, morigerus fuit æterno vsq; Parenti
Ad mortem, mortemq; crucis ſceleroſam.

Æthera celſa ſuper iam cernimus, omneq; nomẽ
Euectũ, atq; triumphantẽ, poſt Tartara, Mundũ,
Dæmona, Peccatum, truculentos, depopulata.

B. Huck.



Solis equus, Lunæque, inuectum quattuor Horis,
Signa per extenti duodena volubilis Anni,

Proripiunt Tempus: curru quod præpete secum
Cuncta rapit: comiti Morti non rapta relinquens.

Pone subit, cunctis rebus Fama vna superstes,
Gætulo boue vecta, implens clangoribus orbem.

titre et 183 pl